



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Enchiridion, Sive Manuale Confessoriorum Et Poenitentium**

**Azpilcueta, Martín de**

**Antverpiæ, 1625**

Quomodo confessorius excipiet confitentem. cap. 10.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41661**

valida est, imo etiam, si credat se ante mortem peccaturū mortaliter: quoniam hic defectus non est essentialis, neq; accidentarius, vt supra a post Innocentium b communiter receptū affirmamus. Non vale: et tamen confessio illius, qui crederet se nō posse à Deo sufficiens auxilium ad non peccandum mortaliter impetrare. Siquidem hic non solum non doleret de omnibus peccatis præteritis, verum etiam peccatum infidelitatis cōmitteret, non credens, Deum cuiusque facienti, quod in se est, gratiam concedere, vt recte dixit Adrianus. c

19 Decimoquinto deducitur, quod quando pœnitens propter iterandum confessionem adit eundem sacerdotem, qui meminit peccatorū, vel saltem pœnitentię, quam iniunxerat, nō tenetur iterū confiteri in particulari peccata iam semel cōfessa; sed satis erit illi dicere in genere in hunc modum: De omnibus peccatis, quę tibi pater alias fui confessus, dico Deo meā culpam, & tibi, &c. & deinde declarare peccatum, quod scienter omisit, cum simulatione, fisione, & mala intentione qua id fecit. Si vero eidem sacerdoti non confiteatur, vel confessarius neq; peccatorum, neque pœnitentię, quam ratione eorum iniunxerat, recordatur, debet tunc pœnitens repetere confessionem, perinde ac si antea nō fuisset confessus, iuxta opinionem communem S. Antonini, d & Syluestri, e qui alios citant.

Diximus, Neque recordatur pœnitentię: nam si memoriam illius haberet, satis esset; imo etiā meo iudicio, si recordaretur status, quem habebat pœnitens, saltem in confuso; quo casu opinio Medinæ obseruari posset, qui quidem aliorum vestigiis adhaerens absolute tenet, prædictam memoriam necessariam nō esse. At vero quando nihil ex hisce tribus concurreret, esset confessio noua, & subinde oporteret eam esse integram.

De modo, quo Confessarius erga pœnitentem se gerere debet.

## CAPVT X.

- 1 Confessarius sic recipiat pœnitentem. Et hæc interroget, 2.
- 3 Confessor quæ dicet in Principio, medio, & fine.
- 4 Confessor quid admonebit confessum non satis contritum.
- 5 Pœnitens quomodo confessionem inchoabit.
- 6 Confessor non ostendat pauorem, nec sinat nominari complices. 6.
- 7 Confessor pœnitentem volentem palliare peccata quid monebit.
- 8 Confessor interrogando pœnitentem vnde incipit.

1 **C**irca hoc dicimus primo, quod confessarius rogatus audire confessionem, primum (saltem de consilio) quatenus vacauerit, debet mentem suam ad Deum eleuare, & formaliter

a In c. 1. n. 9.  
b In c. omnia  
de pen. &  
remiss.

c In 4. de sa-  
cram. confes-  
s. q. 4. col. pen.

d 3. par. n. 24.  
cap. 19. pa-  
rag 4.  
e Ver. conf. 1.  
q. 3. vlti. si  
tamen confi-  
teretur.  
f In C. de  
conf. fact. 75.

a Psalm. 50.

formaliter vel virtualiter saltē corde, dicere illud: *a Cor mundū crea in me Deus, & spiritum rectū innova in visceribus meis*: id est, infunde mihi mentem puram, & intentionem rectam, vt ad hoc tam sanctum negotium non me moueat saltē principatē, cupiditas gloriæ, vel lucri, aut voluptatis, vel studium placendi hominibus, aut res nouas discendi: & pro tua infinita bonitate fac, vt vterque nostrum, ego quidem audiendo, hic vero dicendo tuæ Maiestati placeamus. Amen.

Secundo debet pœnitentem suspiciendo, exhibere se talem, qualem eum esse debere significant illi versus, quos retulimus b relatos à S. Thoma. c

*Confessor dulcis, affabilis, atque suavis;*

*Prudens, discretus, mitis, pius, atque benignus.*

Ipsūque animare ad sua vulnera detegenda, & ad speciem de ipsorum vulnerum sanitate concipiendam.

Tertio debet inducere pœnitentem, si nouit, ad faciendū actus exteriores cōfessionī cōuenientes, qui sunt genua flectere, signo crucis se premunire, &c. & si ignorat eū, eos doceat, admonendo ipsum, vt intelligat se potius Deo, quā homini confiteri: ideoque cū maxima reuerētia id facere debere: iubeatque ei vtrūque genu in terrā deflectere, & faciem ad vnum latus inclinare. Quod si eū nō satis agnouit, de eius statu & conditione interroget, vt quod expedit, possit illum rectius interrogare. Si autem ipsum satis nouit, ab his superseceat, vt diximus. d

Quarto interroget eum, an aliquo detineatur impedimento, ob quod nō debeat eū absoluerē: quale est habere cōcubinam, quā nolit domo eijcere: quale est esse vsurarium, & nolit desistere: quale odium capitale contra aliquem conceptum, quod nolit ab animo expellere: ne postea de illo queratur dicēdo: Voluisti primum mea audire peccata, & postea mihi absolutionē denegas? Eodem item modo se gerat erga Ecclesiasticū multis incompatibilibus beneficijs sine iusta dispēatione oneratum: ipsūque admoneat, vt ante omnia sibi cōsulet, quo pacto habeat securam conscientiam, & deinde eius audiet confessionē. e

Quod quidem consiliū licet hucusque nobis placuerit, nunc tamen valde damnosum videtur. Tum quia hoc est pertrahere pœnitentem ad suos defectus manifestandos extra confessionem; tum quia fieri potest, vt postquā fuerit cōfessus, pariterque admonitus à confessario, nouum animum induat exeūdi à peccato, in quo prius residere distinebatur. Nō est etiā necessarium interrogare, an sit excommunicatus in hunc finem, vt confessarius videret excommunicationē minorem, quam incurrun, qui excommunicato communicant, quia non incurrit illam communicando in his, quæ ad eius animæ salutē conducunt: a talis autem est confessarij cum pœnitente collocutio, & communicatio circa peccatorum confessionē. Neque Clemēt. I. b neque Innocentius postquam facta fuit illa, citatus male d

summa

b In c. 1. 93. rag. quibus cogitit, n. 1. de pœn. di. 6. c. 14. 4. libr. sent. dist. 17. 10. exposuit. dicit. in fine

d In c. confideret in prin. n. 60. de pœn. di. 5. arg. 1. 1. ff. de ac. empr. ca. cum qui de reg. iur. l. 6.

a Calist. in sum. verb. interrogat, cōfessio. par. rag. scito secundo. veri. secunda si est impeditus arg. c. nihil de pœn. & c. 2. de op. nonnū.

a Cap. cum voluntate de sciat. excom. h. de priuil.

summa Rose  
iam confessi  
à peccatis ab  
3 Quinto, co  
medio vsqu  
ex supradict  
fessiones ali  
repetēdas, &  
monere, vt i  
maxime si n  
debeat. Si a  
get, an debet  
ta, per quam  
facit confite  
di alia, quom  
fare se ad ca  
4 Sexto pru  
tritionē ger  
& superuaca  
bere sufficie  
cipiendā illis  
gratię, mors  
cinio diuino  
illū ad Dei a  
peccatis pre  
cōcipere de  
ficiēter reū  
doleat tantū  
sufficiētē cor  
dolor nō eo  
se à peccatis  
restituere, v  
vel dicit, se n  
ne peccato r  
iusmodi, nul  
dos aliquam  
non remane  
de cōfession  
cat Sylueste  
enim valet  
parte cōtrit  
rale Roman  
expresserun  
opera possi  
& emollire  
illi absolutio  
extorquere,

summa Rosella et aliud senserunt: quoniam satis est, vt absoluta iam confessione prius pœnitens ab excommunicatione, quam à peccatis absoluat. *d*

3 Quinto, consideret attente à principio vsque ad mediũ, & à medio vsque ad finem confessionis, an propter aliquã causam ex supradictis, teneatur pœnitens iterare confessionẽ, vel confessiones alias præcedentes, & si inuenerit ipsum teneri ad eas repetendas, & quod id pœnitens non aduertat, debet ipsũ admonere, vt iterũ conscientiam examinet, si per tẽpus licuerit, maxime si multorum retro annorum confessiones repetere debeat. Si autem nulla adsit causa iterandi confessionem, roget, an debitam adhibuerit diligentiam ad recolenda sua peccata, per quam excusatur à confessione obliuorũ: quo casu satisfacit confitendo ea, quæ occurrerint, cum proposito confitendi alia, quum ea in memoriam venerint: Vtileque fuerit accusare se ad cautelam de negligẽtia, si, & quatenus eã admiserit.

4 Sexto prudenter etiã consideret, an pœnitens debitam contritionẽ gerat, caueat tamen ne ipsum in tentationes dãnosas & superuacaneas conijciat, vt f dictũ est: & si videtur ei nõ habere sufficientem contritionem, cohortetur eũ ad maiorẽ concipiendã illis cõsiderationibus supra tactis, g quæ sunt priuatio gratiæ, mors animæ, amissio felicitatis eterne, recessus à patrocinio diuino, & accessus ad subiectionẽ diaboli. Deinde inducat illũ ad Dei amorẽ, propter quem dolorẽ & detestationem de peccatis præteritis, & propositũ firmum cauendi sibi in futurũ concipere debet. Quod si adhuc his omnibus ad dolorẽ nõ sufficienter reũ moueri consideret, interroget, an doleat, quod nõ doleat tantũ, quantum deberet, & an vellet huiusmodi dolorẽ sufficere concipere. Quod si annuat, satis erit. *a* At vero si eius dolor nõ eo vsq; perueniat, vel quia non proponit in posterũ se à peccatis abstinere, licet id quadatenus desideret, vel nolit restituere, vel concubinam relinquere, vel odiũ à se repellere, vel dicat, se nõ posse, vel nolle caste vivere, vel officio, quod sine peccato mortali exercere non potest, renũtiare, vel alia huiusmodi, nullo modo eũ debet absoluerẽ. *b* Poterit tamẽ sacerdos aliquam iniungere pœnitentiam, & eũ tamen admonendo, non remanere absolutum, neque satisfecisse Ecclesiæ præcepto de confessione semel in anno ad minus peragẽda, quidquid dicat Syluester, *d* vt sensit Adriã, *e* & late probat Medina. *f* Nihil enim valet talis confessio, tum propter essentialẽ defectum ex parte cõtritionis, *g* vt supra dictũ est, tum quia conciliũ generale Romanum *h* & Florentinũ i aperte oppositam sententiã expresserunt. Præterea debet illũ admonere, vt quocũq; bona opera possit facere, nõ omittat, quo Deus cor eius illuminare & emollire ad agendã pœnitentiam dignetur, *k* sed non debet illi absolutionem impendere, etiam si eam importune satagat extorquere, aliquod scandalum aut desperationẽ præ se ferens.

Quoniam

e Verbo. conf. i. parag. 10. d Vt in cap. præceden. n. 4. d. d. quum en.

e In c. præceden. n. 4.

f In c. 1. n. 17.

g In cod. c. 1. nu. 12. tit. 12.

a Per supra dicta in d. c. 1. num. 18. b Per quod quidam de poen. & rem. c Iuxta idẽ c. d Ver. conf. 4. q. 2. vers. & hoc quidem e In 4. de confession. q. 4. par. 1. sed quid si crassa ignorantia. f In C. de confession. sue poen. g In c. præceden. n. 13. h In c. omnia vtriusque de poenit. & remiss. i In decreto Eugen. III. k Iuxta dictũ c. quod quidã & c. falsas, de poen. di. 1.

Quoniam absque dubio sacrilegij peccatum committeret absolvendo: neque talis scandali aliquam rationem habere debet, quoniam ipse sibi illud accipit, nemine ei dante; ideoque scandalum Pharisaicum est, & subinde negligendū, iuxta S. Thom. & omnes alios. *n* An vero qui tacet aliquod peccatum in confessione incurrat excommunicationem synodalium constitutionum, inferius o dicitur.

5 *Septimo*, vtile est, quamvis non necessarium, ut pœnitens iubeatur à confessario hoc modo suam confessionem exordiri, *Confiteor Deo omnipotenti, Beatae Mariae semper virgini, & sanctis Apostolis Petro & Paulo & omnibus sanctis caelestis curiae, & tibi pater: quia peccavi nimis cogitatione, verbo, opere, &c.* Deinde vero, si pœnitens non statim id facere inceperit, ipsum admoneat, ut omnia peccata, quorum memoriam habet, & de quibus cōscientia magis stimuletur, statim exponat, imputando culpam sibi soli, vel potius principaliter, quam cœlo, dæmoni, mundo, carni, sodalibus, vel corporis constitutioni, siue complexioni, & circumstantias necessarias declarando.

6 Cum vero aliquod graue, vel turpe peccatum ab ipso audierit, nulla signa admirationis, abominationis aut pavoris ostendat, veluti spuendo, vel se cruce signando, vel seipsum cōmouendo, quin potius ac si nihil audiret, vsque ad finem cōfessionis dissimulet; & tūc cum iam velit pœnitentiā imponere, peccatorum grauitatem & deformitatem exponat, secundū omnes.

*a* Porro si viderit pœnitentem velle aliquam personam nominare, etiam propter aliquam circumstantiam necessario explicandam, nullatenus id patiatur, iuxta supradicta. *b* Et si viderit seipsum excusantem in hunc modum: Ego non occido, Alienū non rapio, Nulli male volo, mansuete & benigne reprehendat, insinuans locum illum non esse excusationis, sed accusationis potius, subindeque verbis suauibus eum animet ad accusandū se, timore prorsus relegato. Et si pœnitens per seipsum peccata recēseat, patiatur prohibito suo ipsum dicere, quantumcunque rudi & crassa, vt dicunt, Minerua, & sine ordine rem exponat: sic enim agnoscer quibus peccatis magis implicatus extiterit, & de quibus debeat eū amplius interrogare, vt diximus. *c* At-

qui, si maluerit de illis interrogari, quam solus eadem referre, dūmodo propositum habeat ad omnia mortalia crimina referendum (etiā si de illis nō interrogaretur) non esset ea de causa condēnandus, sed potius adiuuandus. Si tamen deliberaret aliquod mortale non confiteri, nisi de illo confessarius interrogaret, peccaret mortaliter; & tunc confessarius, si forsitan hoc inteligeret, ad derestandū hoc peccatum ipsum instigare deberet.

7 *Octauo*, si confessarius viderit pœnitentem peccata sua occultare velle, vel probabiliter credit ea obliuisci, vel putare nō esse peccata mortalia, debet caute & prudenter illū pertrahere ad dicendum ea, ipsumq; docere illa esse lethifera, persuadendo vt

ca, de

*J* Arg. Mart.  
35.  
m 2.2. q. 43.  
art. 7. ad 2. &  
30.3. part. q.  
42. r. 32. in  
cor. qu. 1. &  
eundem in  
4.1. sen. d. 28.  
qu. 2. art. 3.  
qu. 2. ad 1.  
n. Diā d. di-  
stinct. 38.  
o in cap. 27.  
num. 269.

*a* Arg. 1. n. 6.  
cautus, parag.  
diligēs, & pa-  
rag. quibus de  
pecc. di. 6. n. 1.  
*b* In c. 7. n. 1.

*c* In d. parag.  
diligēt. n. 6.

ea de quibus  
dubia, & non  
tur, neque eti-  
talem se ore  
agnoscit inter  
in hoc, vel illi  
certus. Id quod  
catū, an sit m-  
tunc pœnitent-  
testetur. Si ho-  
tali. Similit-  
malus. sub ea  
quatenus est  
stari debet. d  
tamen occur-  
mortaliter, et  
3 *Nono*, post  
cata dicendum  
absolute & pe-  
bet tūc facere  
rium videbitur

Circa quod  
cum principal-  
lucrum, fauor  
*Principaliter*; c  
quereret, non  
nisi aliquod e-  
non faceret. b

De primo  
Deo, &  
gendo D

1 *Symbolum*  
1 *Oratio Domini*  
1 *Decalogus*  
2 *Decalogus*  
4 *Præcepti tri-*  
4 *Præceptorum*  
5 *Præceptum*

scipsum  
Circā ho-  
nienti, d  
libet Christiā

ea de quibus dubitat, an commiserit nec ne, cōfiteatur tanquā dubia, & non tanquā certa, & indubitanter commissa referantur, neque etiam tāquam non admissa relinquuntur, & deniq; talem se ore & lingua manifestet exterius, qualem se in corde agnoscit interius, in hūc modū seipsum incutans: Videor mihi in hoc, vel illud peccatum consensisse, atqui non sum omnino certus. Id quod etiā facere debet, si dubitat circa aliquod peccatū, an sit mortale vel veniale. Ceterū si ambo dubitauerint, tunc pœnitens sub conditione peccatum in hunc modum detestetur: Si hoc est mortale, me pœnitet de illo tanquā de mortali. Similiter si de aliquo actu dubitaret, an bonus esset aut malus, sub eadem conditione ipsum detestetur, scilicet: Si & quatenus est malus; quoniam si bonus est, nullo pacto eū detestari debet. *d* Si vero recordatur se lethale crimen admisisse, nō tamen occurrit in specie, quod fuerit, tūc fateatur se deliquisse mortaliter, etiam si de eo in specie memoriam non habeat. *a*

3 *Nono*, postquā pœnitens explicauit quidquid circa sua peccata dicendum recordatur, si sacerdoti visum fuerit illum non absolute & perfecte illa manifestasse, vt non raro contingit, debet tūc sacerdos ipsum interrogare circa id quod sibi necessarium videbitur, à decem p̄ceptis Decalogi initium faciendo.

Circa quod raro, vt puto, mortaliter peccat confessarius, nisi cum principaliter acceptat officium audiendi confessiones ob lucrum, fauorem, curiositatē, vel carnalem voluptatem. Dixi. *Principaliter*; quia qui minus principaliter tria p̄dicta horum quæreret, non peccaret, etiam si non acceptaret illud officium, nisi aliquod eorum respiceret, tanquam causam sine qua id non faceret. *b*

*d* Toss. Mat. in 4. li. ten. dist. 17. q. 3.

*a* Ibid. Maior vbi supra.

*b* Peres qui sacris tradidimus in comment. e. cum ministro 23. qu. 5.

De primo p̄cepto Decalogi, nempe de colendo Deo, & alijs duobus p̄ceptis, scilicet de diligendo Deum, & credendo in eum.

C A P V T X I.

- 1 *Symbolum Apostolorum est summa Christianis credendorum.*
- 1 *Oratio Dominica continet summam à Deo petendorum.*
- 1 *Decalogus continet summam eorum, quæ agere & vitare tenemur.*
- 2 *Decalogus etiam nunc durat, & est speculum baptizati. 3.*
- 4 *P̄cepti transgressio omnis mortalis, nisi. &c.*
- 4 *P̄ceptorum multorum transgressio quæ vnicum peccatum.*
- 5 *P̄ceptum de diligendo Deum supra omnia, & proximum sicut seipsum, cur non sit de decem Decalogi.*

*c* In princ. op. puf. 4. & 2. 2. q. 3. ar. 9.  
*d* In Enchir. Christianæ institutionis in princ.

Circa hoc dicimus primo cum S. Thoma & Concil. Coloniensi, *d* quod quemadmodum summa omnium, quæ quilibet Christianus tenetur credere, in Symbolo Apostolorum



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN